COMPENDIUM JURIUM CÆSAREO REGIÆ URBIS METROPOLIS CRACOVIÆ, QUORUM IN SEQUELAM JUDÆI MERCATURÆ AC OPIFICIORUM EXERCITIO, CÆTERISQUE FACULTATIBUS CIVICIS, HAC IN URBE EJUSQUE IN CIRCUMFERENTIIS GAUDERE PROHIBENTUR.



PACTA ORIGINALIA INTER JUDÆOS & CIVITATEM CRACOVIENSEM, QUOMODO MERCARI DEBENT CONSCRIPTA. IN ANNO 1485.

NOS Seniores Judæi de Cracovia inferius notati recognoscimus, & testificamus cum Sigillo manus nostræ propriæ, qualiter unanini voto totius Communitatis Nostræ consensimus, & super Nos recepimus cum bona voluntate nostra, absq; omni coactione, non mercari, neq; habere aliquas merces aut res mercatorias sed illis renuntiare, & eas intoto dimittere. Etiam nullas merces, aut res mercatorias recipere volumus, a Mercatoribus ad vendendum, per manus Nostras alijs Christianis, Solum modo pignora Nostra, quæ iam tempore impignorationis perstiterunt, & in usuris deperierunt, talia vendere possumus in Domibus Nostris, Singulis temporibus quando evenerit. Nec talia pignora portare audebimus ad negotiandum, vel vendendum in Plateis, aut in Foris Publicis, in Civitate, vel circum Civitatem, nisi in duobus Diebus deputatis in Septimana, videlicet Feria Tertia, & Feria Sexta, & in diebus Nundinarum. Et illa pignora Nos vendere debemus, super quæ Jurare possumus ad Decem Præcepta, quod Nostra sunt, & si contigerit quod aliquis virorum vel mulierum præsumptuose propria sponte deambulaverit, & hujusmodi res ad vendendum deportaverit, sive sint Novæ sive veteres, & reperti fuerint, quod eas res venderent, vel vendere vellent, in quacunque die id fieret demptis prænotatis duobus diebus & Nundinis, extunc Incolæ Civitatis facultatem habebunt, illos, vel illas recipere simul cum rebus quæ apud eosdem repertæ fuerint. In super talis Judæus vel Judæa debet mitti ad Carceres, quousque dabit pænam Trium Marcarum Domino Palatino. Attamen Judæi seu Judææ pauperes poterint quolibet die vendere pepla, & collaria, quæ solæ operantur, & laborant. Et hæc Litera erit in Testimonium, & Documentum; in Manib9 Dominorum Consulum, & Civium Civitatis ad faciendum, & Confirmandum omnia superius expressa, absq; omni fraude, & dolo hanc Literam scripsimus & Sigillavimus, Nos hic infrascripti. Signanter. *Moyses Filius Effragim. Jacob Filius Alexandri. Joseph Filius Effragim. Mardocheus Filius Jacob.* Ipsum Originale Hæbraice scriptum extat in Archivo in pixide Laminea.

A JOAN-

JOANNES AMOR DE TARNOW PALATINUS CRACOVIENSIS PACTA JUDÆORUM CUM CIVITATE CRACOVIENSI FACTA APPROBAT DE ANNO DOMINI 1485.

Joannes Amor de Tarnow Palatinatus Cracnviensis vigore præsentium recognoscimus, Quomodo Judæi Cracovienses ditioni, & potestati Nostri Palatinatus dediti, & Subiecti, ad Nostram accedentes præsentiam, nunnullos Articulos, Puncta, & quasdam Ordinationes, & Statuta, videlicet infrascripta benevole, non coacti, Civitati tenere, & inovioIabiliter observare compromiserunt. Primo quia Marcari non debent & Omnes res Mercatorias volunt, & debent omittere, non debent neq; volunt recipere a Mercatoribus res aliquas Mercatorias, & easdem vendere Christianis per manus eorundem, quocunq; nomine vocarentur, nisi ipsorum Vadia propria, quæ ipsis invadiantur per Christianos, & postea non exemuntur, sed apud ipsos manent, & perduntur in usura, vulgariter Wystolasya. Item omnia possunt vendere, super quæ possunt Juramenta facere, & docere Juramento, quod iam essent illorum propria, & eadem possunt vendere in Domibus eorum temporum occurrentium. Item eadem Vadia non debent portare per Civitatem vendentes, nisi in duobus diebus Forensibus videlicet Feria Tertia & Feria Sexta & in foro Annuali Et quicunq; Judæorum vel Judæarum portaræ vendendo per Civitatem inveniretur, seu arrestaretur, quod vellet vendere quascunq; res sive Novas sive Veteres demptis præfatis diebus forensibus, & Annuali foro, debent sibi recipi, & Judæus sive Judæa debet castigari Sessione, & Pæna Domino Palatino Trium Marcarum. Item Judæi sive Judææ pauperes debent, & possunt vendere Pepla, & Collaria quæ soli laborant, & operantur. Ut autem præmissa habeant robur perpetuæ firmitatis, Sigillum Nostrum jussimus præsentibus imprimendum. Datum Cracoviæ Feria Tertia infra Octavas Corporis Christi. Anno Domini 1485. (L. S.)

SERENISSIMUS SIGISMUNDUS REX.

JUDÆORUM DE NON IMPEDIENDIS CIVIUM CRACOVIENSIUM NEGOTIATIONIBUS SUBMISIONEM CONFIRMAT DE ANNO DOMINI 1527.

Sigismundus Dei Gratia Rex Poloniæ Magnus Dux, Lithvaniæ, Russiæ, Prussiæ, Massoviæq; &c. Dominus & Hæres. Significamus tenore præsentium, quibus expedit universis præsentibus & futuris, harum notitiam habituris. Quia cum Famati Proconsul Consules, & Cives Nostri Cracovienses, Cum alias multocies, tum etiam in hoc Conventu Generali gravissime quærerentur de Judæis Cracoviensibus, Seu in Casimiria apud Cracoviam habitantibus: Quod ipsi contra Privilegia Civitati Cracoviensi per Nostros Prædecessores concessa, & contra consvetudinem antiquam, quaslibet negotiationes omnigenis mercibus exercent, ipsorumque Civium lucra, & commoditates præriperent, cum magna iactura, detrimento, & præjudicio illorum, Siquidem ipsi soli omnia onera Civilia ferent, atque obirent, exhibuissentq; Literas Magnifici olim Joannis Amor de Tarnow Palatini Cracoviensis ejus vero Sigillo communitam Ordinationem per eum factam de rebus, quas Judæis vendere liceat, sponte, libere absque ulla coactione per ipsos Judæos approbatam & susceptam, in se continentes, Supplicantes enixe, ut benignam rationem ipsorum communium Civium habere; dictorumq; Judæorum hanc laxam nimium negotiandi facultatem, nullo hac tenus præscripto aut certa moderatione limitatam comprimere, Literasq; prædictas memorati Magnifici Joannis Amor de Tarnow Palatini Cracoviensis, & Ordinationem de rebus pro quibus ipsi Judæi, ut præfertur, contractum venditionis facere possent, Authoritate Nostra Regia gratiose approbare, ratificare, & perpetuo confirmare dignaremur. Quarum quidem Literarum tenor de verbo ad verbum sequitur & est talis. Joannes Amor de Tarnow Palatinus Cracoviensis vigore præsentium recognoscimus. Quomodo Judæi Cracovienses ditioni & potestati Nostri Palatinatus dediti & Subiecti ad Nostram accedentes præsentiam, nonnullos Articulos Puncta — & quasdam ordinationes, & Statuta, videlicet infrascripra benevole non coacti Civitati tenere, & inviolabiliter observare compromiserunt. Primo Quia

merca-

mercari non debent, & omnes res mercatorias volunt & debent omittere, non debent neque volunt recipere à Mercatoribus res aliquas mercatorias, & easdem vendere Christianis, per manus eorundem quocunque nomine vocarentur, nisi ipsorum vadia propria, quæ ipsis invadiantur per Christianos, & postea non exemuntur, Sed apud ipsos manent, & perduntur in usura vulgariter Wystolassya. Item Omnia possunt vendere super quæ possunt Juramenta facere, & docere Juramento, quod iam essent illorum propria, & eadem possunt vendere in Domibus eorum temporum occurrentium. Item eadem vadia non debent portare per Civitatem vendentes, nisi in duobus diebus Forensibus, videlicet Feria Tertia, & Feria Sexta, in Foro Annuali, & quicunq; Judæorum vel Judæarum portare vendendo per Civitatem inveniretur, seu arrestaretur, quod vellet vendere quascunq; res sive novas sive veteres, demptis præfatis diebus Forensibus, & Annuali Foro, debent sibi recipi. & Judæus sive Judæa, debet castigari Sessione, & pæna Domino Palatino Trium Marcarum. Item Judæi, seu Judææ pauperes debent, & possunt vendere pepla & collaria, quæ solæ laborant, & operantur. Ut autem præmissa habeant robur perpetuæ firmitatis Sigillum Nostrum iussimus imprimendum præsentibus. Datum Cracoviæ Feria Tertia infra Octavas Corporis Christi Anno Domini 1485. Nos itaq; Sigismundus Rex Poloniæ præfatus, Considerando Supplicationem prædictorum Proconsulis Consulum, & Civium Cracoviensium esse justam, simul ac habentes maiorem, uti par, & decens est, illorum rationem, qui pro reparatione munitione, & conservatione ipsius Civitatis Nostræ Cracoviensis, & Reipublicæ multa onera sustinent, eorumq; commoditatibus benignè prospicere volentes, quo facilius eadem onera sustineant, & lucra sibi quærant, nec non animo etiam revolventes, quod excrebris aliquarum rerum, & ordinationum mutationibus multæ dificultates, & in commoditates evenire soleant, præinsertas Literas Magnifici olim Joannis Amor de Tharnow Palatini Cracoviensis, ac Ordinationem per Eum factam, & per Judæos Cracovienses prædictos, tam Seniores, quam etiam Juniores, ac eorum totam Communitatem, spontè, libère, & non coacte susceptam, sed & per Speciales ipsorum Literas characteribus Judaicis scriptas, & per Moysem Filium Effraim, Jacob Filium Alexandri, Josue Filium Effraim, & Mardocheum Filium Jacob, tum Seniores ipsorum Judæorum de Cracovia subscriptas, etiam coram Nobis Originaliter per ipsos Cives Cracovienses exhibitas, & in nullo prorsus suspectas, approbatam, & nunquam post hac revocatam, ratam & gratam habentes, ac Judæis ipsis valde congruam, & eorum legi, Jurisbusq; consentaneam esse perpendentes, ex Sententia, ac de consilio, & assensu Consiliariorum Nostrorum Utriusq; Status in hoc Conventu Generali congregatorum, in Omnibus Punctis, Clausulis, Articulis, & Conditionibus confirmavimus, ac harum serie Literarum confirmamus, roburq; perpetuæ firmitatis, & inviolabilis, easdem Literas præinsertas, ac Ordinationem in eis factam, tanquam si per Nosmet Ipsos, vel Prædecessores Nostros facta fuisset obtinere, ac debitæ Executioni demandandam fore, & omnino demandari debere, perpetuis temporibus, & in ævum decernimus, & declaramus, absq; ulla contradictione, & impedimento Palatini, aut Capitanei Cracoviensis, pro tempore existentis, & quorumvis aliorum Officialium Nostrum. In cujus rei testimonium, & firmitatem Sigillum Nostrum est præsentibus appensum. Datum Cracoviæ in Conventu Generali, Feria Quinta proxima ante Dominicam Lætare. Anno Domini 1527. Regni vero Nostri Anno 21. Petrus Episcopus, & Vice-Cancellarius Subscripsit. — Relatio Reverendi in Christo Patris, Domini Petri Episcopi Cracoviensis, & Regni Poloniæ Vice-Cancellarij. Sigillum pensile Minoris Cancellariæ Regni in pixide Laminea Ceræ rubræ expressum.

EXTRAKT Rezolucyi Nayjaśnieyszego PANA Za zdaniem RADY przyboku Jego Nieustaiącey na MEMORYAŁ MIASTA KRAKOWA wydaney z Protokołu Expedycyi in PUBLICUM wyszłych ad Numerum 137. w nastepuiące Słowa:

MY STANISŁAW AUGUST Z BOŻEY ŁASKI KRÓL POLSKI WIELKI XIĄŻE LITEWSKI, RUSKI, PRUSKI, MAZOWIECKI, ZMUDZKI, KIJOWSKI, WOŁYŃSKI, PODOLSKI, PODLASKI, INFLANTSKI SMOLENSKI SIEWIERSKI Y CZERNIECHOWSKI, ZA ZDANIEM RADY NIEUSTAIĄCEY.

GDy Miasto Nasze Słołeczne Krakow przez Memoryał do Nas y Rady przy Boku Naszym Nieustaiącey podany. Zaskarża Synagogę Kazimierską, ze ta, pomimo Pakta z Miastem Krakowem zawarte Konstytucyami Koronnemi utwierdzone, tudzież po mimo Dekretow y Reskryptow Nayjaśnieyszych Przodkow Naszych, wszelkich w tymże Mieście Handlow Żydom zabraniaiących, Towary do Miasta sprowadza, y one w większey liczbie od Mieszczan przedaie, y gdy dla utwierdzenia zażaleń Swoich toż Miasto przed Nami y Radą przy boku Naszym Nieustaiącą pokłada Oryginalne Kompaktata między Miastem Naszym Stołecznym Krakowem y Synagogą Kazimierską, Za Panowania Nayjaśnieyszego KAZIMIERZA JAGIELLONCZYKA Roku 1485. postanowione, Przywilejem Nayiaśnieyszego ZYGMUNTA Igo Roku 1527 approbowane, tudzież Reskrypta w Latach 1619. y 1746. niemniey Konstytucyą Roku 1768. Titulo— *Warunek Miast y Miasteczek w Koronie y Wielkim Xięstwie Litewskim* A zatym Exekucyi tychże Praw, Przywilejow, Dekretow y Reskryptow doprasza się. Przeto MY KRÓL ZA ZDANIEM RADY PRZYBOKU NASZYM NIEUSTAIĄCEY Nakazuiemy, iak naysurowiey ninieyszą Rezolucyą Naszą wszystkim Niewiernym Żydom przywłaszczaiącym sobie Handle w Krakowie, aby według Oryginalnych Kompaktatow y Dekretow sprawowali się, aby Towarów Handlow y Robot Rzemioslnych w Mieście Krakowie y na Przedmieściach Jego na Przeszkodę Kupcow y Rzemieslnikow Krakowskich nieprowadzili, y aby ciż Żydzi w Cyrkumferencyi Miasta y Przedmieściach w czyichkolwiek Domach, y w Naszych Wielkorządowych mieszkać nieważyli się, Juryzdykcyi oraż Mieyscowey y Woiewodzińskiey zalecamy, aby nieodwłocznie y iak naypilniey doyzrała w tym Exekucyi Praw pomienionych, iżby Żydzi nad Opis rzeczonych Kompaktatow y Dekretów sobie więcey nieuzurpowali. Rezolucyą tę za Zdaniem Rady przy Boku Naszym Nieustaiącey Ręką Naszą podpisaną. Pieczęcią teyże Rady stwierdzić roskażaliśmy. Dan w Warszawie Dnia Pierwszego Miesiąca Wrzesnia Roku Pańskiego MDCCLXXV. Panowania Naszego XI. Roku.

STANISŁAW AUGUST KRÓL. (L. S.) *Antoni Ostrowski Biskup Kujawski y Pomorski.*
August Xiąże Sułkowski M. R. N. *Andrzey Ogiński W. X. Litt. y R. N. Sekretarz* mp.
(L. S.)

DECRETUM REGIUM INTER URBEM CRACOVIAM & JUDÆOS. 1776.

STANISLAUS AUGUSTUS DEI GRATIA REX POLONIÆ MAGNUS DUX LITHVANIÆ RUSSIÆ PRUS-

PRUSSIÆ MASOVIÆ SAMOGITIÆ KIJOVIÆ VOLHYNIÆ, PODOLIÆ, PODLAHIÆ, LIVONIÆ, SMOLENSCIÆ, SEVERIÆ & CZERNIECHOVIÆ.

Significamus præsentibus Literis Nostris Quorum interest Universis & Singulis, Citatos esse ad Nos Judiciaque Nostra Assessorialia Regni aliquot Citationum Nostrarum Literis, & quidem Prima, Secunda & Tertia unius essentiæ Infideles Seniores, ac totam, Communitatem Judæorum Casimiriensium ad Cracoviam degentium de causa infrascripta. Ad Instantiam Generosi Instigatoris Regni Ejusque Delatorum Nobilium Spectabilium & Honoratorum Pro Consulis Consulum, Advocati, Scabinorum, Mercatorum, Artificum Contubernalium totiusque Communitatis Urbis Cracoviæ Actorum, idque inhærendo Juribus, Privilegiis, Serenissimorum Antecessorum Nostrorum, Pactis cum Antecedaneis initis, Decretis, ac Constitutionibus Regni approbatis Literis Universalibus, tum Rescriptis Executivis, alijsque Documentis ex eo: quia Citati adversus eadem Jura, Pacta, Decreta, Regia, & Ordinationes Supremæ Nostræ Jurisdictionis, procedendo, tam in parte, quam in toto, fere in omnibus Punctis Pactorum & Decretorum Nostrorum, contraveniendo, Majorem licentiam mercardi, & varia exercitia Artificiorum peragendi præsumunt, omneque genus mercaturæ & exercitium Artificiorum Citatis prohibitorum temere, sibi appropriant, & in abusivò ac præjudicioso exertitio, præmissorum, adversùs eadem Jura & Inhibitiones Nostras hucusque perseverant, dictas Merces per Vicos & Plateas clandestine per se & factores suos trasmittunt, abusive disvendunt, sine metu Pænarum Decretis & Pactis vallatarum, in depressionem Status Mercatorialis, easdem Cracoviam conducunt, & publicè venum exponunt. Operas Artificum non solum temere elaborant, verum etiam & publicè divendunt, permutatione pecuniæ, ultra Literas Universales desuper editas & ad sonum Tubæ publicatas. Mercatores & Artifices, ac alios varij Status Homines in Damna inducunt, solitas Pensiones ad Ærrarium Publicum Urbis Nostræ debitas, tam Septimanatim provenientes quam Pontales antiquitus consvetas, non solvunt, plures Testudines varijs in Lapideis in præjudicium Civium Nostrorum arendare præsumunt, ac in eis varias mercantias peragunt, aliaque Damna præjudicia, abusus Civibus Nostris perniciosos arbitrariè & illicitè inferunt, imò in majorem depressionem, eorundem, ac convulsionem Decretorum Nostrorum & Pactorum, Approbationem quorundam Privilegiorum per Jura Nostra Regia & Ordinationes sublatorum, ad sinistram Cancellariæ Nostræ informationem obtinere ausi fuerunt & præsumpserunt, taliterque Jura & Privilegia Urbis Cracouiæ convellerunt, Pactis suis contravenerunt, Mercatores & Mechanicos dictæ Urbis Cracoviæ in Damna & jacturam Substantiarum devenire fecerunt, per varias Manifestationes & Protestationes, Actores circumscripserunt, ac ijsdem factis suis illicitis in Pænas Legibus descriptas incurrerunt, easdemquè promeruerunt, Ad videndum igitur & audiendum Privilegia Citatorum adversus, Jura, Decreta Nostra, Pacta & Constitutiones Regni per Nos approbata, uti ad siuistram Cancellariæ informationem abtenta reponibilia adinveniri. Jisdem reponibilibus adinventis, Pacta Citatorum, Decretis & Constitutionibus Regni approbata, debitæ Executioni demandari, lucrum cessans, & Damnum emergens Mercatoribus & Mechanicis Civibus Cracoviensibus per Citatos causata resarcire injungi, Pensiones retentas, Ærrario Urbis Nostræ a Citatis ad judicari, quæque præjudicia in Termino Termini susius explicanda amoveri, abusus quosvis tolli, confiscationem Mercium abusivè per Citatos conductarum, ad mentem Legis decerni,

& eandem demandare, injungi, pro circumscriptione Actorum, puniri, cæteraque pro Causæ exigentia statuti & sententiari, Cum adiuncta inhibitione, Quatenus Citati ab ulteriori exertitio Mercaturæ cujusvis generis, & speciei, similiter præpedimento Artificum Cracoviensium Juribus & Privilegijs Nostris munitorum, sub pæna Confiscationis Mercium & Operarum ac Pæna Decem Millium Aureorum Hungaricalium abstinerent, Citationibus ijsdem earumque Relationibus Prima, Feria Quarta post Festum Sancti Michaëlis Archangeli, Anno 1765. Secunda & Tertia Feria Quinta post Dominicam Lætare proxima Anno 1766. coram Actis Castrensibus Cracoviensibus recognitis latius de præmissis enarrantibus.— Quo in Termino ex ejusmodi Citationibus hic Varsaviæ Feria Tertia post Dominicam Sexagesimæ proxima Die scilicet 31. Mensis Januarij, Anno 1769. legitimè incidenti. Cum Partes utræque per suos Plenipotentes coram Nobis Judicijsq; Nostris comparerent, & pro concedenda sibi Communicatione Documentorum expeterent.—— Nos cum Consilarijs ac Jurisperitis Nostris adhærendo Novellæ Ordinationi Judiciorum Nostrorum, Communicationem Documentorum hinc inde Partibus ad futuram Cadentiam concessimus, & Terminum conservavimus peremptorium. Post quod subsecutum Decretum Citatos esse ad Nos eademque Judicia Nostra Literis Citationis Nobiles ac Spectabiles Pro-Consulem Consules, totumque MAGISTRATUM & Communitatem, nec non Honoratos Seniores Vice-Seniores, totamque Confraternitatem Mercatorum, tum Famatos Opifices Artis Mechanicæ Urbis Nostræ Cracoviensis, de Causa infrascripta. Ad Instantiam Generosi Instigatoris Regni Ejusque Delatorum Infidelium Seniorum totiusque Synagogæ Judæorum Casimiriensium ad Cracoviam Actorum idque pro eo: Quia Citati non verriti Pænas Legum, licet sciverint, quod præfati Infideles Actores, Privilegia & alia Jura super liberam Mercaturam, conductionem Fornicum & Testudinum, pro divendendis omnis generis & speciei mercibus, nec non confectionem artificiorum & Mechanismi, mactationem, Pecorum & Pecudum, aliasque libertates ac facultates in Civitate Cracoviensi peragendas & exercendas habeant, in ejusmodique Jurium usu longa Annorum serie extiterint. Citati nihilominus minime attentis dictis Juribus & Privilegijs Actorum, ad sinistram Cancellariæ informationem a Serenissimo Antecessore Nostro, Rescripta Inhibitoria præmissarum Libertatum variis temporibus impetrarunt, Fornicesque & testudines cum coassumpta caterva Hominum invaserunt, ac prædictis Infidelibus Actoribus non modo violentias intulerunt verum etiam Merces & Mercimonia omnia ac alias res in ijsdem Fornicibus existentes, violento modo asportarunt, sibiq; appropriarunt, nec illa ad multas Requisitiones Actoribus restituere volunt, & in super pendente in Judicijs Nostris Lite, non expectata incidentia, & decisione Causæ, Rescriptum itidem Inhibitorium præmentionatarum Libertatum Die 8. Mensis Decembris Anno 1770. obtinuerunt. Aliaque Damna & injurias in Manifestationibus contentas futuro in termino indigitandas intulerunt. Ad videndum nimirum & audiendum supra memorata Rescripta tam à Serenissimo Antecessore Nostro, quam à Nobis per Citatos indebite obtenta cassari, non obstantibusque ac sublatis quibusvis Actibus, si & quatenus sine scitu & non servatis servandis, in præjudicium Jurium Infidelium Actorum procuratis, eosdem Infideles Actores circa usum Privilegiorum & Possessionem facultatum & Libertatum ex ijsdem Privilegijs, ac alijs Juribus habitis in Civitate Nostra Cracoviensi conservari & manuteneri, Citatosquæ ad restitutionem Actoribus interceptarum Mercium, ac aliarum rerum prævio Calculo, compelli, Damna causata resarcire injungi, pro illatis Actoribus violentijs, injurijs, invasionibus, Pænis exemplaribus affici, in Litis expensis condemnari, prout latius, de præmissis Citatio eadem ejusque Relatio, Die 9. Mensis Januarij, Anno 1771. coram Actis Castrensibus Cracoviensibus recognita, obloquitur.

Vicis-

Vicissim quoque Adcitatos esse ad Nos Eademque Judicia Nostra Infideles Seniores, ac totam Communitatem Judæorum Casimiriensium de Causa infrascripta. Ad Instantiam Nobilium ac Spectabibium Pro Consulis Consulum Mercatorum Totiusque Communitatis Urbis Cracoviensis, Actorum, idque ad videndum & audiendum ex nova Status jam post introductam Causam emergentia Citatos, si & quatenus extranei Incolæ sint vel fuerint, Pactis eorum prætensis, deinceps gaudere non posse declarari. Exertitium Mercaturæ & Opificiorum, ac eorundem invectionem prohiberi, cæteraque quæ de Jure venerint statui, & sententiari, in damnis & Litis expensis, condemnari. Adcitatione eadem ejusque Relatione Die 12. Mensis Januarij Anno Currenti coram Actis Castrensibus Cracoviensibus recognita de his enarrante. IN FERMINO ITAQUE HODIERNO ex ejusmodi Citationibus communicatione Documentorum, & Adcitationibus mutuis legitime adpræsens provenienti, & hucusque continuato. Cum Partes videlicet Generosus Instigator Regni, Ejusque Delatores Nobiles, Spectabiles & Honorati Pro-Consul & Consules, Advocatus, Scabini, Mercatores, Contubernia Opificum, totaque Conmmunitas Urbis Cracoviensis Actores, & Citati, per Nobiles Spectabilem & Honoratos Valentinum Bartsch, Consulem, Adalbertum Florkowski, Seniorem Scabinum, Andream Orlowski, Syndicum, Josephum Strauz, Mercatorem & Michaelem Wotowski Seniorem Contuberniorum, Suo & totius Urbis Cracoviensis Nomine personaliter una cum Generosis Michaele Mrozowski, Paulo Bialobrzewski & Cypriano Sowinski, Infideles vero Seniores Judæorum, totaque Synagoga Casimiriesis ad Cracoviam Citati & Actores per Infideles Lewek Markowicz, Herszla Stopnicki, & Alman Leyba Lewkowicz Seniores suo & totius Synagogæ Nomine personaliter una cum Generosis Antonio Rogalski, Antonio Opalewski & Michaele Swiniarski coram Nobis Judiciisque Nostris comparerent Eundem Terminum attentarent, & inter se disceptarent.— NOS CUM CONSILIARIIS AC JURISPERITIS NOSTRIS, auditis Partium Controversiis, exceptionibus, & defensis, Juribus hinc inde productis & justificatis, attentis, Licet quidem Judæi Casimirienses in deductionem competentiæ liberi exercitij Mercaturæ in Urbe Cracoviensi, Primo. Privilegium Serenissimi Casimiri Tertij, Magni, de Anno 1367. Ipso Die Conductus Paschæ, Cracoviæ, Judæis, in Cracovia Sandomiria Lombza, & alibi, datum, ex Privilegio Boleslai Ducis Calissiensis, Anno 1264. Judæis Majoris Poloniæ concesso, & in Volumine Legum Primo contento descriptum, & per Serenissimos Casimirum Quartum Jagiellonidem, Anno 1453. item Sigismundum Primum Anno 1531. & Sigismundum Augustum Anno 1559. approbatum, Actis Castrensibus Cracoviensibus Feria Quinta post Dominicam Conductus Paschæ proxima, Anno 1573. cum Suis Approbationibus insertum, & ex Iisdem Actis per Fxtractum descriptum. Secundo alterum Privilegium Generale Approbationis, omnium Jurium Privilegiorum & Libertatum Serenissimi olim Sigismundi Augusti Cracoviæ Feria Secunda post Dominicam Reminiscere Quadragesimalem, Anno 1549. concessum, similiter Actis Castrensibus Cracoviensibus Sabbatho ante Festum Sancti Francisci Confessoris proximo Anno 1562. insertum, & ex Iisdem Actis per extractum descriptum, Tertio. Privilegium olim Serenissimi Stephani Regis, Die 25. Decembris 1576. Thorunij, Jura omnia & consvetudines in conductione Fornicum & Camerarum apud Cives Cracovienses pro servandis Mercibus approbans, pariter Actis Castrensibus Craviensibus Feria Secunda ante Festum Sancti Petri in Vinculis proxima Anno Domini 1581. ingrossatum per extractum depromptum. Quarto Privilegium Vladislai Quarti Cracoviæ, Anno 1633. Die 16. Martij collatum. Confirmationis Jurium Libertatum, Judæis Cracoviensibus servientium, Eodemmet Anno 1633. Feria Quinta post Festa Solemnia Sacri Pentecosten pro-

 xima

xima ad Acta Castrensia Capitanealia Cracoviensia inscriptum, & ex ijsdem in Authentico extractu productum. Quinto. Simile Privilegium in Originali Serenissimi Joannis Casimiri Varsaviæ Die 25. Septembris, Anni 1665. & conservationem similiter in Originali circa Idem Privilegium olim Serenissimi Michaëlis Cracoviæ Die 26. Novembris, Anno 1669. factam, demùm ultimale a Nobis hic Varsaviæ sub Die 14. Junij Anno 1765. Confirmationem omnium Jurium Ipsis servientium. Cum clausula inquantum Juri communi non repugnant, & usus earum habetur, Obtentam. Actis Castrensibus Capitanealibus Cracoviensibus eodemmet Anno 1765. Feria Secunda post Festum Sancti Michaëlis Archangeli proxima ingrossatum, per extractum depromptum, tum demum varia Rescripta in suis Originalibus & alia per extractus ex Actis Castrensibus Capitanealibus Cracoviensibus descripta videlicet Annorum 1530. Feria Sexta in Vigilia Corporis Christi Domini Cracoviæ Serenissimi Sigismundi Augusti ad Magistratus & Communitates Cracovienses, Casimirienses, Stradomienses, & Clepardienses, inhibens, ne Ipsis in rebus, facultatibus & Bonis, vim, aut Violentiam inferant, & tumultum excitent, per Vladislaum Quartum Cracoviæ Die 18. Martij, 1633. & Michaëlem 1679. Reges Poloniæ, approbatum tum 1554. Die 25. Februarij, Lublini, Sigismundi Augusti ad Magistratum Cracoviensem ne ab usu Urbis, & Commertijs arcere, solitamque libertatem diminuere, Judæis audeat, ac aliud Ejusdem Regis Varsaviæ Die 5. Augusti 1564. ad Eundem Magistratum, ut conservet Judæos circa liberam conductionem Testudinum, & conclavium pro deponendis Mercibus & Pignoribus, nec non Sigismundi Tertij, Anni 1588. Die 25. Martij Cracoviæ Generale ad Omnes Civitates & Oppida, ne Judæis Merces & Victualia coemere interdicant, ac Ejusdemmet Regis Varsaviæ, Die 31. Octobris 1597. ad Magistratum Cracoviensem ne Judæis Cracoviensibus inhibeat locationem apud Catholicos Testudinum & venditionem Mercium sed eos conservet circa antiqua Jura, & Ejusdem Regis Die 20. Mensis Augusti 1598. tum Tertium 1600. Die 24. Aprilis, ne in Possessionibus ac vita eorum violentiæ & molimina fiant, nec Testudinum locatio impediatur, tum quoque Serenissimi Joannis Tertij Javoroviæ, Anni 1678. Die 6. Octobris, ad Magistratum Cracoviensem de non impediendo aditu Judæis Cracoviam, atque Anni 1713. sub Die 19. Decembris, Varsaviæ, Serenissimi Augusti Secundi, ad Generosos Capitaneum & Vice-Capitaneum Cracovienses, ut Judæos in exertitio Mercaturæ conservent, ac Fornices aperire permitant, ac demum Augusti Tertij Antecessoris Nostri Anni 1745 Die 18. Januarij, Cracoviæ ad Palatinum, Capitaneum, Magnum Procuratorem, tum Magistratum, Cracovienses, ne Judæi in Mercimonijs impediantur, ad Instantiam eorundem Judæorum Casimiriensium ad Cracoviam, emanata, nec non Decreta bina Judiciorum Relationum Nostrarum Propriarum, Annorum 1608. Feria Secunda post Festum Sancti Thomæ Apostoli, & 1619. Feria Secunda in Vigilia Festi Sancti Andreæ Apostoli, ex Partium controvesijs inter eosdem Judæos Casimirienses, & Magistratum, Ordines totamque Communitatem Civitatis Cracoviensis, lata, quibus exercitium Mercaturæ certo genere Mercium, Primo, ad Annos tres, altero, ad Annos quinque, cum demandata in reliquo Pactorum observantia permissum est, ac pro ultimo Manifestationes Annorum 1742. Feria Quinta ante Festum Exaltationis Sanctæ Crucis, ac Sabbatho Ipso Die Sancti Ægidij Abbatis, nec non Feria Quarta ante Festum Sancti Martini Pontificis pxoxima, tum Anno 1761. Feria Quinta post Festum Sancti Joannis Babtistæ, & 1765. Feria Sexta ante Festum Sanctorum Simonis & Judæ Apostolorum proxima, nec non 1770. Die 24. Decembris, contra Magistratum & Communitatem Civitatis Cracoviensis, ratione Violentiarum, Mertium Sequestrationis, & interceptionis, factas, producant, in quorum Jurium fundamento ac etiam Statuti, & Constitutionum Regni Annorum

1539.

1538. 1670. 1676. 1677. 1678. 1685. & 1690. liberam Mercaturam in Civitate Cracoviensi sibi competere allegant, & circa eandem Mercaturam conservari seu potius pro ampliatione Libertatum in Mercimonijs vigore Reservationis in Decreto Anni 1619. factæ, Causam præsentem ad Judicia Relationum propriarum remitti, pro impeditione vero ac Sequestratione Mercium & Opificiorum tum violentijs perpetratis, Civitatem & Ordines puniri, & Damna resarciri mandari expetunt. Verum quoniam in retrusionem allegatorum & productorum, Civitas & Ordines, tum seorsivè Contubernia Cracoviensia, replicando deducunt. Quod memorato Privilegio Boleslai Ducis Calissiensis, per Serenissimum Casimirum Magnum, Judæis in Cracovia, Sandomiria, & Lombza ac alibi dato, exercitium Mercaturæ, non est concessum, & insuper quod dictum Privilegium, tanquam obtrusum & Libertatibus Christianis repugnans subsequenter, statuto Regni, Casimiri Magni Anno 1454. in Verbis ibi: *Literas etiam quascunque super Libertate Ipsis Judæis in Regno Nostro degentibus per Nos post Diem Coronationis Nostræ concessas, & Juri Divino ac Constitutionibus Terrestribus contrarias penitus revocamus abolemus easque nolumus fieri alicujus roboris vel momenti* — totaliter sublatum sit, perconsequens & aliæ Serenissimorum Regum, dicti Privilegij Confirmationes subsistere nequeunt, ex quo confirmatum, Lege supracitata sit sublatum, Judæi quoque protunc Cracoviæ habitantes conscij nullitatis ejusdem Privilegij minimè illo usi fuerunt, sed Pacta cum Civitate renuntiando omni Mercaturæ concluserunt, illaque se observaturos promiserunt. Quæ Pacta in Anno 1485. conclusa, Eodemmet Anno ad Instantiam Judæorum Magnificus Amor de Tarnow Palatinus Cracoviensis confirmavit, ac subindè Specialibus Ordinationibus, Serenissimus Sigismundus, Annorum 1521. & 1524. cum clausula immutationis correctionis sive in Suo tenore conservationis, approbavit, quam clausulam purificando & resolvendo, Idem Serenissimus Sigismundus per Speciale Privilegium, Anni 1527. Feria Quinta ante Dominicam Lætare proxima, & Ordinationem Anni 1533. ex assensu & Sententia Consiliariorum Utriusque Status in Conventione Generali Cracoviæ habita, approbatis Pactis, observantiam, illorum Judæis commisit, & demandavit, subsequenter etiam firmando supra recensitum Privilegium & Ordinationem, Memoratus Serenissimus Sigismundus Rex, Lege Publica, Statuto nempe Anni 1538. §. *Volumus*, Judæos in universum ad servanda Pacta obligavit, Successivè verò Serenissimus Sigismundus Augustus, memorata Pacta de Anno 1562. Feria Quarta ante Festum Sanctorum Philippi & Jacobi Apostolorum approbavit. Sed cum ijdem Judæi contraveniendo, in universum Mercaturæ exercitium usurpassent. Idem Serenissimus Sigismundus Augustus cum Proceribus & Nuntijs in Comitijs Generalibus, Anno eodem 1562. Titulo *o Żydziech*: Lege Publica in Fundamento Statuti 1538. Judæis, ut eidem Statuto obtemperent demandavit, ac subindè Constitutionibus Annorum 1565. Titulo *o Kupiectwie Żydowskim*, & 1567. Titulo *o Żydziech*: approbatis Pactis, Exercitium Mercaturæ Idemmet Serenissimus Sigismundus Augustus sub confiscatione prohibuit, quibus obstantibus, quamvis subsequenter Judæi aliqua Privilegia & Confirmationes ad sinistram Cancellariæ informationem obtinuerunt, illa tamen tanquam Legi Publicæ ac primitivis Juribus Civitati Cracoviensi servientibus contraria, nihil operari possunt inferunt. Etsi Rescripta aliqua subinde, ad sinistram Cancellariæ informationem Judæi Casimirienses ad Cracoviam lucrati fuerunt, ea tamen obstantibus primitivis Juribus Civitatis nullum sortita sunt nec debuerunt effectum, alia vero specificis Rescriptis Revocatorijs per Civitatem & Ordines Judicialiter productis videlicet Serenissimorum Vladislai Quarti 1642. Die 27. Augusti, & 1644. Die 5. Decembris, Joannis Casimiri 1666. Die 18. Januarij, Joannis Ter-

 tij,

tij, 1679. Die 13. Februarij, & 1685. Die 4. Julij, Augusti Tertij, 1744. Die 4. Martij: & 11. Septembris, 1746. Die 6. Decembris, 1749. Die 20. Januarij, ac 1761. Die 4. Junij, abrogata fuerunt, adeò ut ex illis nullam Libertatem in exercenda prætensa Mercatura Judæi usurpare possunt, justificant, nec quoque Ipsis assertam Libertatem prorogant, & tribuunt, per Ipsos allegatæ Constitutiones & producta bina Decreta Annorum 1608. Feria Secunda in Vigilia Festi Sancti Thomæ Apostoli proxima, Cracoviæ, & 1619. Feria Secunda in Vigilia Festi Sancti Andreæ Apostoli Varsaviæ lata, quibus & præsertim ultimario certo nonnisi genere Mercium, scilicet Pannis Moravici: Tela exotica, & peregrina, rebus & Vestibus, quibuscunque Pellibus subductis, apud Ipsos oppignoratis & in usuris deperditis, Pellibus verò Zebellinis singilatim, non autem per Quadragenas, neque per Tabulas, Pellibus Pantorinis integris in suis Testudinibus Judaicis, Pellibus Hermelinis, Mustellinis, agninis, & Ovilibus certo numero, crudis, & non ulnatim, nec singillatim, sed staminibus, & ligaminibus, Contenarijs, & Lapidibus, instar Extraneorum Mercatorum, idque ut Civibus tantum Cracoviensibus vendant, sub pæna amissionis Mercium, exercitium Mercaturæ Ipsis permissum, hæcque permissio spatio non nisi, Annorum quinque, quod durare debeat ordinatum & constitutum fuit, cum clausula præcustoditiva & facultativa reassumptionis protogationis, & correctionis, memoratæ Ordinationis. Sed cum Judæi neque Pactis cum Civitate initis, neque Decretis memoratis obtemperantes, exercitium omnis Mercaturæ & Opificiorum sibi usurparunt, totaliterque modo quærendi victus & supportationis onerum Publicorum, Cives Cracovienses privarunt, cui malo obicem ponendo, olim Serenissimus Vladislaus Quartus, memoratam Facultatem in Decretis & præsertim ultimario ad corrigendum, sive prorogandum appositam, in Fundamento Legum de servandis Pactis sancitarum, Rescriptis suis binis Anno 1642. Die 27. Augusti, uno ad Judæos Casimirienses, altero ad Magistratum Cracoviensem directis, de speciali sua Potestate totaliter resolvit, observantiamque Pactorum & eorum executionem demandavit. Et propterea dictis Rescriptis tum Constitutione Anni 1768. Titulo *Warunek Miast*, eandem facultatem & præcustoditionem solutam & executam esse clare demonstrant, tanto magis, quod Constitutiones pro Judæis in Generali allegatæ, solum modo eosdem conservant. circa Jura & Mercaturas habita & ijsdem servientia, Judæis porro ad Mercaturam in Cracovia non alia Jura nisi Pacta de Anno 1485. inita, & supra Citatis Ordinationibus & Legibus Regni approbata inservire possent, replicant, Sed Quia Judæi licet ad Observantiam Pactorum adstricti eisdem tamen contravenerunt, & per exercitium omnis Mercaturæ abusum commiserunt, nec illis gaudere possunt, ex eo: Quod dicta Pacta non cum Judæis Casimiriensibus, sed cum Cracoviensibus pro tunc Incolatum habentibus, conclusa & inita sunt, Idem vero Incolatus per Reges adhuc Hæredes, Casimiriam translatus, quæ Civitas seorsiva Locatione & distinctis Privilegijs gaudet, estque à Cracoviensi independens, Judæi quoque Casimirienses, hactenus pro extraneis censentur, ac propterea, tum etiam obstantibus Juribus, Privilegijs ac Decretis Contubernijs Cracoviensibus, nempè Contubernio Pellionum, ut pote Privilegio Anni 1548. Feria Secunda post Festum Conceptionis Beatissimæ Virginis Mariæ proxima, Petricoviæ per Serenissimum Sigismundum Augustum dato. Quo prohibetur omnibus præpeditoribus extra Contubernalibus, & præsertim Judæis Artis Pelliceæ exercitium & mercatura, per Serenissimos Stephanum Anno 1585. Die 29. Junij, Sigismundum Tertium 1588. Die 8. Septembris, Vladislaum Quartum 1641. Die 20. Decembris, Joannem Casimirum 1649. Die 12. Martij, Reges Poloniæ approbata. Deinde Contubernio Sartorum, Articulis in exe-

cutio-

cutione Decreti Sigismundi Primi, Anni 1531. lati, formatis per eundem Serenissimum Sigismundum Primum, & subsequenter Serenissimos Sigismundum Augustum, Stephanum, Sigismundum Tertium, Vladislaum Quartum, Joannem Casimirum, Michaëlem, & alios Reges Poloniæ approbatis. Quibus Articulis, Opificium Sartoreum Judæis, sub Pæna confiscationis, prohibetur, subinde Contubernio Passamentariorum, Privilegio Serenissimi Sigismundi Tertij Die 30. Martij, interdicenti Judæis exercitium dicti Opificij sub Pæna Sequestrationis & Centum Marcarum, Ordinationis Serenissimi Michaëlis, Anni 1669. quod Judæi Opera Fimbriaria Cracoviam portare, nec ea per Plateas Domosque Spiritualium & Sæcularium deferre, sub Pæna amissionis, nec non in executionem præmissorum, Decreto, Serenissimi olim Joannis Tertij, Sabbatho, infra Octavas Sacratissimi Corporis Christi Domini, scilicet Die 23. Mensis Junij Anno 1685. Varsaviæ, inter Idem Contubernium, & Judæos Passamentarios Casimirienses, ex Partium Controversiis lato. quo Decreto in fundamento Jurium, Privilegiorum, Contubernio Passamentariorum servientium, exercitium Opificij Fimbriarij & Passamentarij sub Pæna confiscationis, ac etiam venditio in Civitate Cracoviensi prohibita est. Demum Contubernio Albicerdonum, Privilegio Serenissimi Augusti Secundi Anni 1697. cum inhibitione ne Judæi Cutes, exceptis Nundinis, junctim vel divisim in Civitate Cracoviensi & extra spatium decem Milliarium vendant. Denique Contubernio Manicariorum Privilegio Serenissim- Sigismundi Tertij dato, & per Serenissimos Michaëlem, Anno 1670. Augustum Secundum 1701. Reges Poloniæ confirmato. Quo omnibus Præpeditoribus, & præsertim Judæis divenditio Operæ prohibita est. Demum Contubernio Institorum, Privilegio Serenissimi Joannis Tertij, Anni 1684. illiusque Confirmationibus Serenissimorum Augusti Secundi, & Tertij, Annorum 1697. & 1745. continentibus in se prohibitionem Judæis in Civitate Cracoviensi venditionem Mercium per Institores vendi solitarum, alijsque Privilegijs Contubernijs in Civitate Cracoviensi existentibus, servientibus, Judicialiter productis, nec illis etiam Pactis gaudere posse nec debere inferunt. Proinde ex Præmissis non necessaria remissione Causæ præsentis ad Judicia Relationum Nostrarum propriarum adinventa, quinimo cassatis quibusvis Privilegijs & Rescriptis, tanquam contra Jura Civitatis Cracoviensis & Leges Regni ad malam Cancellariæ informationem per eosdem Judæos obtentis, jam alias similibus Rescriptis & Ordinationibus revocatis, eadem Pacta Judæis Casimiriensibus, tanquam Cracoviæ & in SubUrbijs, ac Circumferentijs ejus non habitantibus, nec Incolatum habentibus, & tanquam Extraneis non posse servire, nec eosdem illis uti declarari. instantaneam traslationem & evectionem Mercium & Opificiorum sub confiscatione eorum demandari, ac ratione assertarum violentiarum & sequestrationis Mercium, obstante Rescripto Anni 1761. Quo dicta Sequestratio demandata extitit, ac obstantibus Regestris & Quietationibus Judæorum. quorum Mercimonia sequestrata, & subinde restituta fuerunt, de restitutione factis, eosdem Judæos incompetenter agere declarari, & in omnibus damnis ac Litis expensis, Civitati causatis condemnari exposcunt. PROINDE, ATTENTIS PRÆMISSIS justificatis, & deductis hinc inde Juribus & Constitutionibus. Quando quidem Rescriptis Anni 1642. olim Serenissimi Vladislai Quarti, jam post expiratam facultatem per Decretum Anni 1619. Judæis certo genere Mercium ad mercandum consessam, executio & observantia Pactorum demandata extitit. Constitutionesque complures Regni, signanter ultimaria Anni 1768. Titulo *Warunek Miast* Judæos ad observantiam Pactorum strinxit, nec aliquam illorum correctionem, aut mutuationem præcustodivit, Ideo non necessaria affectata remissione Causæ ad Judicia Relationum Nostrarum propriarum adinventa, quinimo inhærendo Juribus & Allegationibus Juridicis, ac in

 Lege

Lege fundatis, ex parte Civitatis & Ordinum atque Contuberniorum Judicialiter factis. Decidendoque mutuos Partium Actoratus, Privilegia quævis & Rescripta tanquam, contra Jura Urbis Cracoviensis & Leges Regni, ad malam Cancellariæ informationem per Judæos obtenta, imo Pactis Originalibus sponte cum Civitate conclusis contradictoria, & Rescriptis ac Ordinationibus pro manutentione Jurium Civitatis extradictis, revocata, cassamus, & pro reponilibus declaramus, Judæosque prædictos Cracovienses, alias in Casimiria habitantes, dum Civitas Casimiria ad Dominium Rei Publicæ redibit, solummodo juxta obloquentiam Pactorum Anni 1485. conservamus, Ipsosque neque mercaturam, neque Opificiorum exercitium, & disvenditionem, in Civitate Cracoviensi & Ejus SubUrbiis ac Circumferentijs, ultra Pacta, posse prætendere decernimus, ad præsens verò tanquam extraneæ Possessioni obnoxios, etiam hisce Pactis, obstantibus Constitutionibus Annorum 1565. Titulo *Mieszczanie Krakowscy* & 1611. Titulo *o Luznych* quibus exercitium Mercaturæ Extraneis, & Jus Civile non habentibus, sub confiscatione Mercium prohibetur, gaudere non posse sententiamus. Ac ut dicti Judæi Mercimonia Cracovia, & ex SubUrbijs ejus, evehant, & Casimiriam ad locum sui Domicilij in spacio Duarum Septimanarum ab insituatione præsentis Decreti Nostri computandorum, transportent, idque sub forti, adhibito etiam Brahio Capitaneali, executione facienda, & mercium confiscatione, demandamus. Atque Ijsdem ne sub ullo prætextu Merces aliquas, aut opificiorum labores, Cracoviam & SubUrbia ac Circumferentias adferant, sub simili confiscatione Mercium & Operum, ipso facto subsequenda, inhibemus. Quod demum spectat objectam ex parte Judæorum impeditionem in exercitio, prætensæ per eos mercaturæ, Sequestrationem Mercium & Opificiorum, tum violentias, acsi per Civitatem & Cives Cracovienses perpetratas damnaque causata. Quoniam Civitas Cracoviensis, eandem Sequestrationem vigore Rescripti Anni 1761. subsecutam esse deducit, postque Sequestrationem peractam Regestris receptarum Mercium & per Judæos subscriptis, easdem Merces restituisse & hocce punctum totaliter acquietatum esse probat. Quapropter incompetenti Judæorum Actione adinventa, Civitatem & Cives Cracovienses, ab objectis liberos pronuntiamus. Quia vero memorati Judæi contraveniendo, Pactis, Ordinationibus, Decretis, & Rescriptis, magna damna Eidem Civitati per usurpatam mercaturam & Opificiorum exercitium, causarunt, per idque eidem occasionem ad instituendam & sustinendam per plures Annos sumptuosam Litem præbuerunt, ipsos propterea Judæos in damnis & Litis expensis condemnamus, & easdem Litis Expensas per Deputatos à Civitate liquidare demandamus, Post quarum quidem Litis Expensarum per Civitatem ad Summam 74340. Fll: liquidationem, per Judicium vero Nostrum ad Summam 25000. Florenorum, reductionem, pro Parte vero Confraternitatis Mercatorum, Regestri expensarum Litis ad Summam 16950. Florenorum, Grossorum 14. ascendentium, exhibitionem, per Judicium autem Nostrum præfatæ Summæ ad Summam 6000. Florenorum moderationem, quatenus, pro eisdem Litis expensis, atque damnis Communitas Judæorum Casimiriensium ad Cracoviam, suprafatam Summam 25000. Florenorum Civitati Cracoviensi, jam vero Summam 6000. Confraternitati Mercatorum adjudicatam, in duabus ab insinuatione præsentis Decreti Nostri Septimanis coram Actis Castrensibus Cracoviensibus prævia Quietatione per Civitatem & Confraternitatem aut ab eis Deputatos in rem Judæorum facienda, persolvat, sub libera Sequestratione Mercium injungimus, Decreti præsentis Nostri Vigore. In quorum Fidem præsentibus Sigillum Regni apponi jussimus. Actum Varsaviæ Feria Secunda Die scilicet 15. Mensis Januarij Anno Domini 1776. Regni vero Nostri Anno XII. And: Stan: Młodziejowski Episcopus Posnaniens. S. R. C. Locus

Sigil-

Sigilli Majoris Cancellariæ Regni. — Relatio Jllmi Excellmi Rndissimi Domini Andreæ Stanislai Kostka Młodziejowski Episcopi Posnaniensis & Varsaviensis, Supremi Regni Cancellarij. Antonius Brzozowski Decretorum Curiæ Regni Notarius *mpp.* Decretum, Inter Civitatem Cracoviensem ab Una, atqe Synagogam Judæorum Casimiriensium ad Cracoviam, parte ab altera. Actum in Castro Cracoviensi Sabbatho post Festum Sancti Petri in Vinculis proximo scilicet Die 3*tia* Mensis Augusti, Anno Domini 1776. Decretum superius exarratum, sub Actu suprascripto per oblatam porrectum, susceptum & Inductum. Quod Attestor, Joannes Woyciechowski. Actorum. C. C. Crac. Susceptor Juratus *mpp.* — Suscipiatur Requisitio Officiosa Executionis per Gsum Joannem de Matta Węglarski, Subdelegatum Juratum Officij Castrens. Cap: Cracoviensis peragendæ. — Hieronimus Wielopolski. Generalis Min: Pol: Cap: Cracoviens. *mpp.*

KONSTYTUCYA ROKU 1764. *Vol.* 7. *Fol.* 81.

UBEŚPIECZENIE MIAST.

Zagęściły się robienia i szynkowania Trunkow na gruntach Mieyskich, Possesyi tak Duchownego iako i Szlacheckiego Stanu, z uymą i przeszkodą Miast i Mieszczan. Przeto Konstytucye wszystkim Miastom, Anni 1659. tudzież 1683. Miastu Krakowu służące, do skutku przywodząc præmissosque abusus tollendo, Same Miasta i Mieszczan, circa libertates mercandi, braxandi, distillandi & propinandi, podług opisu iednak Dekretow Króla Jmci pro uno quoque loco po tych Konstytucyach zaszłych, & salvis Juribus legitimis ac usu robienia piwa i dowożenia (iako to w Warszawie practicatur) acceptato, zachowuiemy, Sub confiscatione omnium liquorum, per Officium Castrense decernenda & exequenda. Takowe zaś Exekucye do Domow i Gruntow Szlacheckich i Duchownych zsyłane — pro invasionibus aut violentijs reputari niepowinny. Co iednak Klasztorom dla własney tylko Osob Zakonnych i służących Swoich potrzeby w używaniu, Browarow præjudicare niema.

KONSTYTUCYA 1768. *Vol.* 7. *Fol.* 753.

WARUNEK MIAST Y MIASTECZEK NASZYCH w KORONIE Y WIELKIM XIĘSTWIE LITEWSKIM.

A ponieważ Żydostwo, nieznośne Miastom i Mieszczanom sprawuie Krzywdy, i sposob do pożywienia odeymuie, zaczym, przychylaiąc się do Statutu Zygmunta Pierwszego, Anni 1538. tudzież Konstytucyi Annorum 1562. 1565. 1567. 1588. i innych wielu, aby po Miastach i Miasteczkach Naszych, Żydzi handle, nie insze, i nie na innych mieyscach sprawowali, tylko, co im z ułożenia Paktow z Miastami zawartych, wyraźnie iest pozwolono. I dla tego Żydzi po wszystkich Miastach i Miasteczkach gdzie Przywilejow Konstytucyą approbowanych niemaią, aby się podług Paktow z Miastami zawartych zachowali, i więcey sobie wolności nie przywłaszczali pod surowemi Karami zakazuiemy, gdzie zaś Przywilejow Konstytucyą approbowanych lub Paktow z Miastami niemaią, tam Pakta ad normam innych Miast gdzie są poczynione, poczynią. A gdzieby Miasta takowych Paktow robić, niechciały, ciż Kommissarze wysłuchawszy przyczyn i sporow obudwóch Stron, takowe Pakta między niemi mediante authoritate Sua do ustanowienia iak naysprawiedliwszego przyprowadzą. Bez tych zaś Paktow, ani handlow, ani Szynkow prowadzić, ani rzemiosł robić niepowinni, pod rygorem wyżey opisanym, w czym nikt Żydom naprzeciw Prawu ninieyszemu Protekcyi dawać nie-

ma,

ma, sub pœna pięciu tysięcy grzywien, w Sądach Naszych vindicanda, Żydzi iednak w Miastach swoich Żydowskich, za Przywileiami ulokowanych, według opisu tychże Przywilejow w tych swoich Miastach bez przeszkody handlować wolność mieć powinni.

KONSTYTUCYA 1776. *Vol.* 8. *Fol.* 916.

WARUNEK NOWEGO KORCZYNA, Y MIASTECZEK NASZYCH KRÓLEWSKICH, WKORONIE.

Zabiegaiąc dalszey ruynie Miasteczek Naszych Królewskích w Koronie, a chcąc ich owszem do lepszéy przyprowadzić pory, zakazuiemy wszelkiéy pod żadnym pretextem Żydom pod Prawo Mieszczanom służące podciągaiącym się Propinacyi: przykazuiemy oraż ażeby Gorzalnie Ktore często do Zgorzenia Miasteczek przyczyną bywaią, z Okręgu Miasteczek wyniesione były; gdzie zaś Mieszczanie maią Prawo do Propinacyi, przytym Ich zachowuiąc, ostrzegamy: ażeby odtąd nie każdy wszczegulności na swóy profit propinował. lecz ażeby Magistrat imieniem Miasteczek co Rok, lub co lat trzy dawał Kontrakty na tęż Propinacyą iednemu tylko z naymaiętnieyszych z pomiędzy siebie, lub takiemu Ktoryby miał Pignus Responsionis, albo Possessorowi: ktorey iezeliby się żaden z Mieszczan niepodiął Possessor do Zakontraktowania bliższym bydź ma. Prowent zaś ten, ażeby się na użytek ogolny Miasteczek obracał, stanowiemy i dozor tego Possessorom zlecamy: nieuchylamy atoli zaszłych o też Propinacye z Starostami Komplanacyi i Prowent Starostom Służący podług Lustracyi zabespieczamy, i Kompozycye z temiż Possessorami podług Konstytucyi 1768. Mieszczanom zawierać inpost dozwalamy.

KONSTYTUCYA GRODZIEŃSKA, *Roku* 1793. *Fol.* 98.

MIASTA WOLNE RZECZY-POSPOLITEY.

ARTYKUŁ I.

O MIASTACH W OGÓLNOŚCI.

1mo. Miasta w Krajach Rzeszy-Pospolitéy (wyiąwszy Dziedziczne) za wolne uznaiąc podług Przywilejow tak przed-Uniowych dla Miast, tak Koronnych, iako i Wielkiego Xięstwa Litewskiego służących, niemniey innych wszelakich Przywilejow i Konstytucyi, Miastom Koronnym i Wielkiego Xięstwa Litewskiego nadanych, bez naruszenia wszakże Praw własności Szlacheckich, z Formy Rządu ogolnego na teraźnieyszym Seymie postanowioney, na zawsze zostawuiemy, i pod zasłoną tychże Praw Miastom służących, zachowane mieć chcemy.

ARTYKUŁ III. *Fol.* 99.

CO DO WŁASNOŚCI I ZNACZENIA MIAST W OGÓLE I W SZCZEGÓLNOŚCI MIESZCZANINA.

2do. Mieszczaninem iest ten, Ktory z Miasta przez iakikolwiek sposob bądź handlu, bądź rzemiosła użytki ciągnie, i na Rotę poniżey wyrażoną, będzie przysięgłym: inaczey ani Handlu prowadzić, ani Rzemiosła sprawować żadnemu niewolno będzie, ani podobnie, nie przysięgły na Mieyskie Rotą poniższą, używać Przywilejow Mieyskich w żadnym sposobie niebędzie mogł nigdy.

ARTYKUŁ X. *Fol.* 109.

O PREROGATYWACH MIAST Y MIESZCZAN.

1mo Używać Przywilejow Mieyskich nikt nie może, tylko Mieszczanin Chrześcianin.

REZOLUCYA NAYWYŻSZEY CYWILNO—KRAIOWEY KOMMISSYI.

Ad Nrum. 8719. Auf die von hiraus an das hohe Landes Praesidium unterm 7ten Hornung einbegleitete Bittschrifft des Krakauer Stad Magistrats hat die hohe Stelle zu verordnen geruhet: daß die Juden welche sich unter dem Vorwande des Tabackhandels in verschiedene Gewölber nach der Stad Krakau unbefugt eingeschliechen haben, um somehr sogleich aus denselben zu vorweisen sind, als es nimals zugegeben worden könne, daß dieser Menschen-Klesse was immer für eine Begünstigung die dieselbe vorher nie gehabt zugestanden werde, auch ist das Gesuch, daß der freye Verkauf des gallizischen Tabacks den Juden ebenfalls nicht gestattet werde, begnehmigt worden, hingegen wird die Stad in betref der Bitte die välligen Steüer mit einen drittel in pohlnischen Kupfergelde abführen zu dürfen, aus mehreren wichtigen — bersonders aber aus dem Grunde abgewiesen, weil sobald man die Annahme dieser Münze in die K: K: Kassen gestattete, die hiesigen Landschaften mit pohlnischen Kupfergelde überschwemmt werden würden. Wegen dem Skurowe gefäll ist noch die hohe Entscheidung abzuwarten. Baum von K. K. Civill- und Landes Commisioriat. Lublin den 18ten Hornung 1796. Hoppe. ——— L. S. ———

Col- — — — — la — — — — tum & cum Suis Originalibus rite concordari atteſtatur. — — —

Cracoviæ Die 1. Mensis Maji 1797. Anno.

PHILIPPUS NEREUS LICHOCKI J. U. DOCTOR
PRÆCONSUL URBIS S. C. R. A. MAJESTATIS
METROPOL. CRACOVIÆ mpp.



THOMAS KRZYZANOWSKI J. U. DOCTOR
CÆSAREO-REGIÆ, URBIS METROPOLIS CRACOVIÆ, SYNDICUS. mpp.